



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis, viri  
eruditissimi atque sanctissimi, Sermones In Evangelia De  
Dominicis & festis aliquot solemnioribus totius anni,  
insignes & peruetusti**

**Petrus <Chrysologus>**

**Lvgdvni, 1623**

Divi Petri Chrysologi vita, ex certis authoribus conquisita & collecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50232)



D I V I P E T R I

*Chryfologi vita, ex certis  
authoribus conquifita  
& collecta.*

**P**ETRVS Chryfologus in foro  
Cornelij, quod Imolam vocant,  
honestis parentibus natus, à Diuo  
Cornelio illius ciuitatis Epifcopo, non  
modo fanctiffimis moribus, ac difciplinis  
optimè institutus, fed etiam facris altari-  
bus oblatus eft ac cōfecratus: nec ita mul-  
to poft, beatiffimo Sixto .III. Pont. Max.  
à Deo præmonftratus Ecclefiæ Rauenna-  
tis X X II. Archiepifcopus adlegitur. Hic  
vir omni genere laudis excellens duobus  
Conciliis, quorum alterum Rauennæ, Ro-  
mæ alterum, Cælij Symmachi Pont. Max.  
itémque Theodorici Oſtrogothorum Re-  
gis iuffu indictum eft, interfuit, subscri-  
pfitque. Ad Chalcedonenfem præterea ſy-  
nodum aduerfus Eutychem hæreticum li-  
teras dedit, quæ adhuc extant. At vero

\* 2

quan



*D. Petri Chrysologi vita.*

quantum aurea quadam ingenij, atq; elo-  
quētiae vbertate præstiterit, vnde & Chry-  
fologi cognomen consecutus est, ex eius  
orationibus facillimè existimare licet, quæ  
& verbis, & rebus illustribus refertæ, am-  
plius c l x x v i. quas quidem adhuc in-  
uenerim, & legerim, feruntur. Is quum  
Pōtificio munere annos circiter L X. præ-  
stantissimè perfunctus esset, apud Foro-  
cornelienses i v. Non. Decembris exces-  
sit è vita, anno ferè quingentesimo post  
natum humanæ gentis seruatorem Iesum  
Christum. Sepultus est iuxta corpus glo-  
riosi martyris Cassiani: atque vno om-  
nium consensu, inter diuos relatus: cui  
etiam anniuersarij honores in testimo-  
nium Vitæ, piæ, sanctæq; transactæ decreti  
sunt.

